

**Rector & Concilium Academiae Rostochiensis Civibus Suis Studiosis Salutem! :
Legem Displicentiae ; P. P. Sub Sigillo Academiae, Anno MDCCXXXIV. d. 6.
Decembris**

Rostochii: Adler, 1734

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791109429>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. ~~RIA 4~~

RIA 4

N. l. — 47. ^{1-69.}

КНИЖНИЦА
 СЕМИНАРІА
 ВОСКРЕСЕНСКОГО
 ВЪ РОСТОВѢ



DEO I. O. T. O. P.

(Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page)

RECTOR & CONCILIUM ACADEMIAE ROSTOCHENSIS CIVIBUS SUIS STUDIO SALUTEM!



Um Academicarum in eo reluceat gloria, quod appellentur bonorum Virorum seminaria, nulla certe major Professorum potest esse voluptas, quam ea, quod videant observentque, DEO plantationi & rigationi benedicente, succrescere Viros - juvenes in arbores justitiae & virtutis, & pro- dire ex Alma Matre Academia Filios, Aulas, Cathedras Curiasque ornantes salutemque animarum, Reipublicae & cujusvis qua hanc & futuram vitam promoventes, Quo dulciores autem illae sunt deliciae, eo acerbius est afflictio, quoties inter dextrorum manu ductos deprehenduntur qui in omnia sinistra eunt.

DEO T. O. M. sit Laus, quod ex aliquo tempore sentiamus Vos, O Nostros! Maxima ex parte magis magisque studere, ut Summo Numini, Nobis & omnibus bonis placeatis: Crescit enim marcescens olim fere nominis vestri existimatio: Tranquillores nunc sunt vestri Parentes & Amici, & nulli dubitamus, quin ad hanc Musarum sedem, cui nihil quod Academicam commendare & commodam facere possit, deest, agmine quasi facto, sint venturi filii illorum qui suis bene prospicere & a periculis fortunae & famae illos procul esse cupiunt; Quamvis si & pauciores venerint, id nos non offendat, quia novimus argumenta aliorum tot invitantia & apud nos dari omnibus illis palpabilia, qui glaucomatibus deludi se non patiuntur, sed velleris aurei impetrationem ab itinere Colchico distinguere didicerunt. Ut taceamus, nos relinquere cuiuslibet suos manes, etiam si totum peragrare velit orbem Atheismo & Impietati quaesitus latibulum.

Quo igitur, quantum inter homines obtinere idem licet, nihil in & a nobis desiderari queat, scitote, nos offendere adhuc pauciores inter Vos, quos a pietate alienos esse fama est, imo constat. Impios autem, hac voce, dicimus illos, qui vel in templis rarius videntur, vel quoties rarissime illa accedunt, magis divinam in se provocant vindictam, quam quod DEum sibi devotione propitium concilient. Remittimus igitur nos qua hunc passum ad novae tabulae affixum iterum speciale edictum perpetuum cuius virtutem tres vel quatuor, nisi mores mutaverint extemplo paucis abhinc diebus sentient: Nolumus enim impios hic habere pileos & inter sacra gesticulantes vel discursitantes, statque nobis firma abhinc sententia, quod qui semel relegatus ob pravos mores & pro gloria DEI defendenda nunquam seu noster Civis Studiosus sit templa hujus Urbis iterum visurus.

Sed gratulamur nobis circa hanc causam, quod rarefacti sint illi Sacrorum contemptores atque turbatores impudentissimi, & quod ad reliquias impiae cohortis, proxime haec tabula illas nominatenus recenserebit; Dolemus autem ad nos deferri, quod dentur hic nonnulli salutis suae & sacrorum inimici adhuc crassiores, tales videlicet, qui, etiam per annum & ultra hic viventes, neminem nostrorum Verbi divini Mystrarum sibi elegerunt Confessionarium: Imo constat discurrere hic aliam sectam talium, quibus ne quidem in mentem venit quod Studiorum gratia huc missi sint: Dicitur porro, hic tertiam insuper esse classem eorum qui vitam inter studia lacunosa, otia & vitiosas conversationes ita dividunt, ut illos in Musaeis & Collegiis, etiam horis antemeridianis, frustra, inter graculos autem nullius frugis ubique observare liceat. Placuit igitur nobis, quo talibus hominibus non scateat nostra Respubl. literaria, in gloriam DEI & Academiae florem sequentem Legem, quam

LEGEM DISPLICENTIAE

appellare lubuit, publicare, has continentem Positiones:

Quicunque post mensem abhinc nobis satis tuto denunciatus, ob nondum sibi post sex menses, quos hic consumpsit, electum Confessionarium (inspicite legum vestrarum §. 4.) ille absque multo Protocollo, post solam annotationem ad acta, hinc abeundi Consilium accipiet; Et pari censura animadvertetur in omnes qua tempora infestura.

Quicunque ex notorietate & omnium bonorum iudicio male apud nos audit, quia vel per hebdomadam imo mensum intervalla tantum, vel nullis, sine justa causa, interest Collegiis; Vel qui ob malos alios mores displicet nobis, ille pariter sub generali significatione, quod nobis displicet, hinc, pro ea, qua pollemus, autoritate, dimittetur.

Scopus hujus Legis Displientiae omnibus, qui ipsi non sunt impii, satis apparebit, & capropter tali nomine eandem insignire volumus, quia & illos Mores, quos jurisprudentia, quia vitii impar est, non praecise punit, propter meliorem disciplinam pro delictis hoc ipso edicto declaramus, DEO rationes decidendi sententiarum exterminatarum conscientiose daturi.

Gaudete Vos centuriae elegantium, piorum & diligentium Academiae ornamentorum, ita enim macula eluetur, quam Vestro Numini adsperserunt homines vestra societate indigni, si tales homines nautici vel ad vestros transferint mores, vel Coetui vestro eieci sint: Ita Academia haec nostra semper tuta erit ab inquinacionibus: Qui enim novus accedet civis nobis haud commodus vitus, mox admonebitur de hac indelebili lege displicentiae, & quidem absque omni strepitu, ac nisi intra paucos dies placeat mutaverit mores, quos vel secum attulit, vel hic imprudenter induit, in nostris non amplius numerabitur Civibus.

Plaudite Vos, qui estis optimi!


Pergite boni!

Vos autem mali, hanc legem intuentes, pii estote!

Procul hinc procul este profani!

P. P. SUB SIGILLO ACADEMIAE, Anno MDCCXXXIV, d. 6. Decembris.

ROSTOCHII, Typis JOH. JACOBI ADLERI, SERENISS. PRINCIPIS & ACAD. Typogr.




IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communi ab isto beneficio excludendis, inebriationes & tande oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tracta a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepibus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & transcustodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e



acade-